Dent. Apri ppt. ℈j.
M. f. Pulv. subt. in ij. *dos. æq. ad ch.*
℞. *Conserv. Rosar. rubr.*
Elect. Orvietan. ana ℥ß.
Magist. Spin. Viper. ℈j.
Antimonii diaphor. ℈ß.
Cum Sacch. f. Bolus pro dosi.

§. 4. In usu *Sudoriferorum* inter alia notandum, prius fixa talia præscribi debere, postea verò istis nihil operantibus ad magis salina procedendum esse. Imò & hoc benè advertet Medicus, ne in difficilioribus Complexionibus sudorem instrumentis quoque externis cogere aut nimium exprimere conetur; quandoquidem serum crassius per sudorem præcipitari se vix patitur, priusquam sit valdè attenuatum & probè solutum, quod demum contingit, ubi doses plures Diaphoreticorum plus minus salinorum assumtæ fuerunt. Quod si præterea sudor confertim profluat & frequenter etiam urgeat, tum ad præcavendum sudorem colliquativum nil melius est, quàm acidulos Syrupos ut & fractas doses diaphoreticorum Mixturis salinarum permiscere, sicque non ita frequentibus vicibus propinare.

CAPUT XXXVII.

De Diureticis Remediis.

§. 1.

INter Evacuantia *Universalia* non postremum occupant locum Remedia dicta *Diuretica*, quæ serosas sanguinis particulas incidunt, attenuant, ac per glandulas tubulosque renales copiosè propellunt. *Descriptio.*

pellunt. Unde patet, Medicamenta hæc inprimis dicata esse *Sero* sanguinis resolvendo & expurgando, quando scilicet vel *quantitate* exsuperante, vel etiam *qualitate*, nimirum crassitie, lentore ac visciditate peccat.

Modus operandi.

§. 2. Modus operandi talium Remediorum in eo consistit, quod particulæ eorum satis mobiles ac volatiles, sicubi massam sanguineam subieruut, in ipsâ paulatim vel salia acido-salsa, coagulandi vi prædita, absorbeant, sicque serosis, hactenus multum ligatis, particulis vincula solvant, quo tanto copiosius ac melius per poros Glandularum renalium transcolari queant; vel lentorem ac visciditatem nimiam Seri particulis suis salino-alcalinis aut sulphureo-spirituosis valdè incidant, sicque pristinam mobilitatem & aptitudinem ad secretiones varias, inprimis Urinæ, restituunt, vel denique Obstructiones, si quæ in tubulis renalibus hærent, solvant, viasque occlusas particulis nunc salino-lixiviosis & fixis, nunc etiam volatilibus plus minus sulphureis adaperiant, quo facto serosa sanguinis portio felicius per Renes transcolari potest.

Diuretica quæ propriè sunt, aut dici mereantur.

§. 3. Itaque in *Diureticorum* classem referimus, quæcunque serum sanguinis nimis crassum tenuius & fluxilius reddere, aut etiam fibrillas tubulorum renalium nonnihil vellicare sive stimulare possunt, qualia existunt primò *aquosa phlegmaticis particulis* copiosis gaudentia, ubi tamen notandum est, Liquoribus ejusmodi aquosis Nitrum aëreum subtilissimum ac diureticum inesse; secundò *Salina*, quæ particulis salinis, nunc volatilibus, nunc fixis, utrisque tamen alcalinis, vel acido-volatilibus pollent, sic enim *Sal volatile succini*, *Spiritusque Formicarum* aut *Terebinthinæ* ceu volatilia *acidiuscula*,

1. Aquosa.

2. Salina.

la, Urinam ſimiliter movent; tertiò *Salino-ſulphurea*, in quibus particulæ oleoſo-ſulphureæ cum nonnullis ſalinis plus minus eminent, prout in *Seminibus frigidis*, *Nucleis Perſicorum* ac *Semine Violarum*, *Nymphææ* &c. exiſtunt. *3. Salino-ſulphurea.*

§. 4. Non malè dividuntur autem *Diuretica* in *propriè* & *impropriè dicta*; quorum illa quidem dicuntur, quæ propriè particulas heterogeneas per vias Urinæ expellunt, apud Veteres interdum nomine *Diureticorum calidorum* venientia: hæc verò *impropriè* dicta non præciſè per Urinam purgant, quicquid in Maſſâ humorali heterogeneum exiſtit, ſed potius copioſam Urinæ materiam ſuppeditant, atque ſic à Veteribus *frigida* ſunt appellata. *Diuretica propriè dicta calida.* *impropriè dicta.* *frigida.*

§. 5. Remedia ergo *Diuretica impropriè* dicta erunt *Aquoſa* omnia, affatim hauſta, quemadmodum ſunt *Acidulæ* aliæve *Aquæ minerales*, item *Vina diuretica* admodum tenuia & ſubtilia, ut & *Aquæ deſtill. Lactucæ, Alkekengi, Petroſelini, Nymphææ, Anſerinæ, Flor. Sambuc. Agrimoniæ, Ononidis, Aſparagi, Apii, Graminis, Vincetoxici, Urticæ, Saxifragiæ, Geniſtæ, Bardanæ, Ruſci.* Quo refer & *Decocta* talium Plantarum, item Decoctum *Granorum Coffeæ toſtorum* & *Infuſum Herbar. Thée, Urtic. Hed. terr. Virg. aur. Pimpinellæ, Chamædryos, Lixivia è Cineribus Ligni Juniperin. Fabar. Piſorum, Ononid.* &c. extracta ac pota. *Impropriè dicta ſunt aquoſa.*

§. 6. Propriè verò dicta *Diuretica* in Capite de *Nephriticis* magnâ ex parte fuerunt expoſita, ubi notandum tamen eſt, pro diverſitate humorum craſſorum diverſa etiam ſeligenda eſſe modò *fixa*, modò etiam *volatilia*. Etenim verbi gratiâ in uno Homine felicius operantur *mineralia diuretica*, in alio *vegetabilia*, in tertio *animalia*, id quod Practici in Hydropicorum curatione quotidie obſervant. *Propriè dicta è Nephriticorum claſſe petatur.*

Hinc ergo ſequentes formulas ex omnibus Regnis promiſcuè ſelectas, inque uſu frequenti exiſtentes exhibemus, v. gr.

℞. *Radic. Bardan. Carlin. Eryng. ana* ʒiiß.
Herb. Cuſcut. Hed. terr.
Capill. Vener. ana Mj.
Flor. Geniſt. Mß.
Bacc. Alkekeng.
Semin. Fraxin. Fœnic. ana ʒj.
Inciſ. & contuſ. coq. in ſ. q. Aq. fontan. Colatura ℥iiij. m. ac v. pro doſi hauriatur.

Vel ℞. *Radic. Gramin.* ʒij.
Ononid. Pimpinell. Vincetox.
Rub. Tinct. Ruſci ana ʒj.
Herb. Cherefol. Anſerin. ana Mj.
Summit. Roriſmar.
Virg. aureæ ana Mß.
Sem. Dauc. Saxifr. ana ʒiß.
Bacc. Juniper. ʒj.
Inciſ. & contuſ. coq. in Aq. fontan. Miß. *ad quartæ partis conſumtionem. Colaturæ adde*
Syr. de 5. Rad.
Eupator. ana ℥iß.
M. ad Vitr. Doſis m. ac v. ℥iiij.

Vel ℞. *Aq. Halicacab. Fragor.*
Ononid. ana ℥iß.
Syr. aperit. Minder. ℥j.
Spiritus Salis Tartar.
Ocul. 69. ppt. ana ʒß.
Sacch. roſat. tabul. ʒij.
M. ad Vitr. Sumatur ſpatio xxiv. horarum quatuor hauſtibus.

Vel ℞. *Aq. Anſerin.* ℥j.
Agrimon. Petroſel.
Apii Macedon. Portul. ana ℥ß.

Ocul.

Ocul. 69. ppt. ʒß.
Roob Sambuci, Juniper. ana ℈j.
M. ad Vitr. pro dosi.
Vel ℞. *Tinctur. Silic. Glaub.*
Salis Tart. ana ʒiß.
M. ad Vitr. Dos. xv. ad xxv. gtt. cum Vehiculo convenienti.
Vel ℞. *Tinctur. Mart. aperit.*
Antimonii ana ʒij.
M. ad Vitr. Dos. xx. *ad* xxx. *gtt.*
Vel ℞. *Spiritus aperit. Penot.* ʒiij.
Clyss. Antimon. ʒß.
M. ad Vitr. Dosis xv. *ad* xx. *gtt.*
Vel ℞. *Arcan. Tartar.* ʒj.
Salis Ononid. Polychrest. ana ʒß.
M. F. Pulv. in 4. *dos. æq. ad chart.*
Vel ℞. *Salis Centaur. min. Polychrest.*
Card. bened.
Genist. Juniper. ana ʒß.
M. Fiat Pulv. div. in v. *dos. æq. ad chart.*
Vel ℞. *Ocul. 69. ppt.*
Lapid. nephrit.
Testar. Ovor. ppt.
Diaphor. martial. ana ʒj.
Salis succin. volat. ℈ij.
M. F. Pulv. subt. in viij. *dos. æq. ad ch.*
Vel ℞. *Cochlear. integr. unâ cum test. calcin. & ppt.* ʒij.
Pulv. Radic. Aristol. rot. ver. ʒj.
Millep. ppt. ℈ij.
Croc. Mart. aperit. ʒß.
M. F. Pulv. subt. De quo singulis trihoriis capiatur plenus cultri cuspis.
Vel ℞. *Tereb. vitell. Ovor. sol.* ℥ß.
Syr. Bellid. min.

Capill. Vener. ana ʒiij.
Aq. Alkekeng. q. ſ.
M. F. Potio pro doſi.

Vel ℞. *Tereb. optim.*
Extract. Virg. aureæ ana ʒij.
Succin. alb. ppt.
Ocul. 69. ppt.
Milleped. ppt. ana ʒj.
Ol. deſtill. ſuccin. q. ſ.
M. f. l. a. Pil. Piſi minoris magnitudine, inauratæ dentur ad ſcat. Atque m. ac v. viij. vel x. capiantur pro doſi.

Vel ℞. *Spiritus Terebinth.* ʒiij.
D. ad Vitr. Doſis viij. vel x. ad xij. gtt. in Vino.

Vel ℞. *Balſam. ſulphur. terebinth.* ʒij.
Ol. deſtill. Bacc. Junip. ʒß.
M. ad Vitr. Doſis viij. *ad* xij. *gtt.*

Vel ℞. *Spiritus Fragor. Juniper. ana* ʒii.
Aquar. Ononid. Saxifrag. ana ℥ij.
Syrup. de quinque Radicib. ℥iß.
M. ad Vitr. doſis cochleare plenum bis vel ter quotidie.

Vel ℞. *Semin. Violar.* ℥ß.
Melon. Cucumer. ana ʒj.
Fraxin. Milii ſol. ana ʒß.
Aq. Ononid. ℥iiij.
Fragor. Fœnic. ana ℥iß.
Cinam. bugloſſat. ʒiij.
M. f. l. a. Emulſio, cui adde
Julep. roſac. ʒiij.
D. ad Vitr. pro unâ vel ij. *doſibus.*

CAPUT

CAPUT XXXVIII.

De Remediis Lac augentibus & minuentibus.

§. 1.

SUbinde in medicâ occurrit Praxi, ut Puerperæ vel lactantes Fœminæ conquerantur de *abundantia* nimiâ *Lactis*, aut de ejusdem *defectu*. Quamobrem oportet, ut instructus sit Medicus cognitione Remediorum, quæ partim Lac augere, partim illud minuere sive parcius reddere valent.

§. 2. Ea ergo demum Remedia *Lac* in Mammis *augebunt*, quæ multum & copiosum reddunt Chylum, sicque lacteam sanguinis portionem adaugent, prout sunt *Cibi eupepti* & *polychyli*, *Olera hortens.* & *Lacticinia*. Hinc talibus Feminis frequenquenter in Cibis exhibentur *Lac vaccinum*, *Blitum hortense*, *Portulaca*, *Lactuca*, *Hedera terrestris*, *Emulsiones amygdalinæ*, *Semina Fœniculi*, *Nigellæ*, *Anisi*, ut & *Decocta Hederæ terrestris*, *Florum Sambuci*, *Trifolii pratensis flore purpureo* & *albo*, *Herba Vincæ pervincæ*, &c. *Lac augentia.*

§. 3. Sed & Remedia dantur *specifica*, quæ balsamicas sanguinis lacteasque particulas ita fluxiles reddunt, ut ad transcolationem per Glandulas mammarias tanto aptiores sint. Atque hunc in censum referimus *alcalina* varia, coagulum acidum, si quod est in sanguine, destruentia, v. gr. *Lac Lunæ Magisterium Antimonii diaphoretici*, *Crystallos pptas*, *Species diacrystallor. Bezoardicum minerale*, *C. C. ph. calcinatum*, *Hederam terrestrem*, *Lactucam*, *Portulacam*. Ex quibus vel doses pulverum, vel etiam *Tragemata* cum *Semine Anisi*, *Fœniculi*, &c. fieri possunt, frequenter sumenda. Imò sunt Feminæ, quæ externè quoque *Pimpinellam sanguisorbam*, recenter *Specifica la augentia.*